

90.

1794.16.

Nr. 26
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN

IMPVBES NEGOTIORVM
GESTOR ESSE POSSIT

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRCENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE VI. OCTOBR. ANNO C I C I C C L X X I V .

D E F E N D E T

C A R O L V S F R I D E R I C V S R O C H V S V E I T

M I S N E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

55
GARIBOLDI
TARIS CONVENTUS
HABEBE NEGOTIORVM
CETERA REPOSTA
O V A M
Dicitur HISTORIÆ ORDINIS GALLIA
BRAFIDI
CHIRURGICO HUMERUS
THERAPEUTICÆ ORGANISATIONE
SOCIETATIS TITULARIS SECRETARII
S O C I O
IMAGINIS CIVITATIS
ME ALICIOVIAZIOVIA
T E A N D R A
CARTA PICTA
P I P A
APPENDICIS VITRINIS



AN
IMPVBES NEGOTIORVM
GESTOR ESSE POSSIT.

§. I.

Negotia alterius gerere, dicunt obligationem producere, quae quasi ex contractu prouenit. Causam huius obligationis interpretes mirabiliter astutia inuenierunt in *praesumto consensu*. Noli mirari, ignorantem adeo legis necessitate, contra naturam posse consentientem haberi. Quid interest, siue sciat, siue nesciat, modo *praesumatur consensisse*. Consensus duorum ex conventionis natura requiritur, non enim sufficit consentientem habere eum, qui gerit, sed ex his somniis etis cuius geruntur negotia, consentiens *praesumendus* esset. Appage! nemo fundamentum obligationis rectius dedit **V L P I A N O** in *L. 1. π. de negot. gest.* Hoc editum, inquit necessarium est: quoniam magna utilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patientur, vel pignoris distractio- nem, vel poenar committendae actionem, vel iniuria rem suam

A a

amittant



amittant. Nulla iesit facto gestionis obligatio, cum, qui gerit ex humanitatis officio agit, quod imperfectam obligationem producit, et quae nisi superueniente ciuili autoritate actionem haud producit. Praetor itaque, ne quod quis ex humanitate peregisset, alteri damnum esset, actionem promisit se, daturum, facto gestionis pro obligatorio, declarato. Non ergo opus, ut consensum prae-sumamus, qui obligationem ex edicto vel lege habemus.

§. II.

At cur dixerint obligationem quasi ex contractu ve-nientem, ex illa veterum iureconsultorum res comparandi inter se consuetudine, apparet. Eas enim actiones et ne-gotia, quas *quasi contractus* dixere ii, qui negotiis generale nomen dederunt obligationem a negotio obligatorio distin-guentes compararunt cum contractibus, cui similia vide-bantur. Sic *indebiti solutionem* similem arbitrabantur *mutuo, negotia gesta* vero *mandato*. Et ita in aliis sentiebant. Hinc P A V L V S *Recept. Sent. I. 3. 3.* voluntarium procuratorem vocat negotiorum gestorem, quippe quae obligatio pro-curatoriis, ea quoque est negotiorum gestoris.

§. III.

Quis vero aliena negotia gerere possit et gerendo se obligare, quaeritur. Nihil determinauit Praetor edicto suo, sed generali verbo edixit: si qvis. Neque fieri poterat, ut determinaret suo edicto, per quem negotia gerenda es-sent. Cum enim ex facto gestionis oritur obligatio, respi-ciendum est ad eum, qui animum suum voluntatemque ad gerendum determinauit, nulla personae ratione habita. Testis in eam rem est V L P I A N V S in L. 3. §. 1. n^o de Neg. gest. Ait. *Haec verba Si QVIS, sic sunt accipienda: SIVE QVAE*

QVAE. nam et mulieres negotiorum gestorum agere posse, et conueniri non dubitatur.

§. IV.

Neque quidquam inter est, an sit sui iuris, an alieno iuri subiectus, videlicet paterfamilias, an filius familias, itidem an seruus sit, an vero liber. Quare si vel filius vel seruus peculium habentes gerant, in dominum actionem dandam adfirmat PAVLVS in *Recept. Sext. L. I. Tit. 3. §. 5.* *Filiusfamilias, inquit, aut seruus, si negotium alicuius gerat, in patrem dominum peculio tenus actio dabitur.* Sic qui pro seruo habebatur, si negotium gereret, cum libertus aut ingenuus esset, obligabatur ex negotiorum gestione. Probat VELIANVS in *L. 6. §. 5. π. de Neg. gest.* Scribit: *Si quis, quasi seruus meus, negotium meum gesserit; cum esset vel libertus vel ingenuus: dabitur negotiorum gestorum actio.* Reste vero haec, quia personae ratio in negotiis gestis haberi non potest, cum non interueniat consensus, sed ex facto gestionis obligatio deducenda.

§. V.

Sed difficilior quaestio est, an pupillus possit negotiorum gestorem agere. Huic quaestioni occasionem praebuit VELIANVS in *L. 3. §. 4. π. de neg. gest.* Ita enim libri Scripti et typis excusci exhibent: *Pupillus sane, si negotia gesserit, post rescriptum Diui Pii, etiam conueniri potest in id, quod factus est locupletior: agendo enim compensationem eius, quod gessit, patitur.* Quamuis haec MStorum constantissima sit ledio, tamen depravatum incuria librariorum videbatur fragmentum hoc *Iac. cviacio Obseruat L. XII. cap. VII.* Cum enim Iureconsultus prius dixisset, quid alterius

significet, atque ad utrumque Sexum referat, putat Cuiacius, Vlpianum in ea causa continuasse et inde legendum esse Pupilli Sane si negotia gessit. Et sic interpretatur legem de contraria negotiorum gestorum actione. Amplius censet nou potuisse pupillum conueniri actione illa ante Pii scriptum, sed saltem compensationem pati debuisse, post illud vero recte quoque conueniri potuisse.

§. VI.

Quamvis vero emendatio illa Cuiaciana fines modestiae non egrediatur, tamen non sufficit modestum agere criticum, imo emendandi necessitas adesse maxime debet, vt locus, nisi emendetur, plane intelligi non possit. Non omnia quae BACHOVIVS in Protis ad Lib. III. Tit. V. et SCHVLTINGIVS in Protis eod. tit. contra illam Cuiacianam emendationem attulere, referam, examinabimus potius, an necessitas adsit, quod commode Vlpianus explicari non possit.

§. VII.

Equidem IULIANVS in L. 6. pr. n. h. t. videtur opem ferre Cuiacianaem emendationi, nam etis agit de Pupilli gestis negotiis et de actione qua conueniendus ea specie, si locupletior factus. Scribit: Si pupilli tui negotia gessero non mandatu tuo, sed ne tutelae iudicio tenearis, negotiorum gestorum te habebo obligatum: Sed et PVPILLVM, modo SI LOCUPLETIOR fuerit factus. Tamen non putem salua Domitii autoritate emendationi Cuiacianaem adstipulari nos posse. Nam cum ipsem Vlpianus edicti, priora verba, scil. SI QVIS NEGOTIA ALTERIVS explicasset, addit adhuc obseruationes ad ea, quae iam monuerat. Ad verba SI QVIS referendus erit §. 4. ad verbum ALTERIVS vero

§. 5.

§. 5. In §. 4. monet quod vis non solum omnem sexum continere quod §. 1. dixerat, sed nec aetatis rationem habere, imo pupillum adeo obligari posse, si gesserit negotia aliena. Contra §. 5. docet, non tantum utrumque sexum, obligari posse, si eius negotia recte gesta et utiliter, sed et furiosum, qui consensu se obligare nequit. Amplius §. 4. directam §. 5. contrariam actionem refert, et cum factum causam obligationis acquirendae et statuendae continet, recte ostendit, et personas, qui alias se obligare haud possunt, utraque actione si factum negotiorum gestorum interueniat, recte obligari posse, cum hac specie consensus plane non requiriatur.

§. VIII.

Neque repugnant verba fragmenti huic interpretationi. Ait VLPIANVS c. 1. 3. *Pupillu Sane si negotia gesserit.* Verbum *Sane* singularem speciem notare voluisse ICrum ostendit. At nihil fuisse singulare; si de pupilli negotiis gestis locutus fuisse, quippe *protutores*, quorum in libris iuris civilis fit mentio, nulli alii sunt, quam negotiorum gestores, quammuis concedi possit, in quibusdam adhuc utrosque differre. Et cum forsan ante Pii tempora dubitaretur, an obligari possit pupillus, qui ex legibus sine tutoris autoritate obligari non poterat, rescripto suo Diuus Pius, cum ex eo, quod quis alterius ignorantis absentisque negotia gesserat, qui semet alias obligare non posset, iniquum videretur, eum damnum pati debere, cuius negotia gesta erant, statuit, ut pupillus negotium gerens facto suo obligatus habeatur, si ex eo negotio gesto quid ad eum peruererat, quo locupletior fieret, ni directa actione conueniatur. Poterat ergo conueniri pupillus, si locupletior factus ex alienis negotiis gestis: nemo enim cum alterius damno locupletior fieri debet



bet. Quod si vero impensas fecerint in negotium et ideo contraria agat, compensatione eorum, quibus locupletior factus repelli poterit.

§. IX.

Quae cum ergo sint, putem, pupillum etiam negotiorum gestorem agere posse. Non quidem id de infante vel infantiae proximo adfirmem, bene vero de pubertati proximo. Si ergo utiliter gesserit, et conueniri poterit, et dominum negotiorum conuenier. Conuenietur directa, vt, quod ad eum peruenit ex utiliter gesto negotio restituat negotiorum domino, contra si quae impenderat, aget contraria negotiorum gestorum actione ad indemnitatem consequendam, vel ex lucro, quod adhuc apud eum, est, vel vt a negotii domino satisfiat. Et sic Vlpianus disputat, quid iuris sit, si contingat, vt pupillus negotia aliena gesserit: haud vero probat, recte agere pupillos, qui se alienis negotiis gerendo immiscent.



V
D
A8

ULB Halle
002 689 030

3





Stro 26
90.
1774.11.16.

Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I
A N
I M P V B E S N E G O T I O R V M
G E S T O R E S S E P O S S I T

Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.
S O C I O
I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
DIE VI. OCTOBR. ANNO C I C I C C L X X I V .
D E F E N D E T
C A R O L V S F R I D E R I C V S R O C H V S V E I T
M I S N E N S .

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.